

RESCRIPTUM FLAVIANI CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI AD LEONEM
URBIS ROMAE PAPAM

I. De subdoli hostis insidiis

II. De fraudulenta subtilitate hereticorum

5 III. De blasphemiiis Euticetis

III. De excommunicatione eius iustissima

DOMINO BEATISSIMO ET DEO MIRABILI PATRI Leoni, Flavianus in domino
aeternam salutem.

10 Nulla res diaboli venena conpescit nec continet mortiferas eius sagittas. Sur-
sum enim atque deorsum pervolans, quaerit quos possit occidere, quos possit
separare, quos possit devorare. Propter quam rem vigilandum est et orationibus
adeo opera danda est, ut fatuas inquisitiones evitare possimus. Decet autem sequi
15 patres nostros, neque commutare definitionem eorum perpetuam, quorum sequi
sanctas scripturas didicimus regulam. Depositis ergo fletibus et lacrimis, quia
sub me clericus degens invasus est a fero demone, et non potui eum liberare nec
auferrì a tali lupo, qui animam meam pro illo paratus eram ponere, quomodo
raptus est, quomodo resiliit a proposito divino, et ad illum cucurrit, qui perdere
consuevit, praecepta patrum declinans et constituta eorum despiciens—sed iam
incipio enarrare.

228v

20 II. SUNT ENIM QUIDAM VESTE SUA OVES SIGNIFICANTES, interius raptors
res lupi, quos ex fructibus eorum debemus agnoscere. Isti prima fronte videntur
esse de numero nostro, sed non sunt de numero nostro. Si enim de numero nostro
essent, nobiscum mansissent. Quando autem coeperint assumere impietatem,
25 illud quod occultabatur in illis aperitur, et dolus omnis fit omnibus manifestus.
Inveniuntur autem infirmae fidei homines et qui divinas lectiones sciunt, secum
eos in perditione praecipitant, dissipantes et vituperantes patrum disciplinas, et
relinquunt sanctas scripturas ad suam perditionem, quos debemus praevidere et
a quibus multum cavere, ne in malitia sua aliqui occupati concidant de sua infir-
mitate. Acuerunt enim quasi aspides linguas suas, de quibus propheta clamat:
30 Acuerunt linguas suas sicut serpentes, et reliqua.

III. TALIS NOBIS EUTICES EMERSIT QUONDAM presbiter et archimandrites,
quia quasi nostrae religionis sectas capiebat et hanc praeferebat, Nestorii
autem impietatem confirmabat et succingebatur pro Nestorio militare in pugnam,
qui contra Nestorium parabatur, trecentorum autem decem et octo sanctorum
35 patrum de fide expositionem factam et sancte memoriae Cyrilli aepistolam

4 fraudulenta] corrected from fraudulentia

29–30 Acuerunt ... serpentes: see Ps. 139.4

7 MIRABILI] AMABILI *Hisp.* 12 adeo: Ps. *Isidore*; atque deo *H* 13 sequi: Ps. *Isidore*: secundum *H*,
but secum *W411*. 16 auferrì a: Ps. *Isidore*: auferre de *H*, but *W411* omits de/a 17 resiliit: exiliit
H 25 sciunt: Ps. *Isidore*; nesciant et *H*, sciant *W411* 29–30 Acuerunt ... reliqua: retouched by Ps.
Isidore: Exacuerunt enim linguam suam quasi serpentes, et venenum in labiis habent quasi aspides, de
his propheta clamavit *H*, corrupted in *W411*: Acuerunt enim quasi aspides de his clamavit 32 quia:
qui *H* sectas: sectam *H*, but sectas *W411* (?) capiebat: Ps. *Isidore*: sapiebat *H* 33 pugnam: Ps.
Isidore: pugna *H* with *W411* (?)

scriptam ad Nestorium vel ad similes eius, quibus omnes adsenserunt, temptat evellere, antiquam impii Valentini et Apollonaris reparans sectam.

Hos enim divulgavit auctoritas et censura coercuit; quos potuimus emendare, correximus, et ut dampnarent Manicheum cum praedicatoribus et discipulis suis publica in ecclesia confessione, et manus suae conscriptione, compulimus; et ita de voragine impietatis suae confessos poenitentiam concedendo levavimus. Ali-
40
quanti vero, qui ita se demerserant, ut nullum his auxiliantis posset remedium sublevare, subditi legibus secundum Christianorum principum constituta, ne sanctum gregem sua contagione polluerent, per publicos iudices perpetuo sunt exilio religati. Et omnia, que tam in scripturis quam in occultis traditionibus suis
45
habent profana vel turpia, ut nosset populus quid refugeret aut quid vitaret, oculis Christiane plebis certa manifestatione probavimus, adeo ut ipse, qui eorum dicebatur episcopus, a nobis tentus proderet flagitiosa in suis mysteriis, quae teneret, sicut gestorum vos series poterit edocere. Ad instructionem enim vestram etiam ipsa direximus, quibus lectis omnia, quae a nobis depraehensa sunt, nosse poteritis. 50

Et quia aliquantos de his, quos, ne absolventur, artior reatus involverat, cognovimus aufugisse, hanc ad dilectionem vestram epistolam misimus per acolitum nostrum, ut effecta certior sanctitas vestra sollicitius agere dignetur, et cautius, necubi Manicheae perversitatis homines plebes vestras facultatem ledendi, et huius sacrilegi possint inveniri doctores. Aliter enim nobis commissos regere non possumus, nisi eos, qui sunt perditores et perdit, zelo fidei dominicae persequamur, et a sanis mentibus, ne pestis hec latius divulgetur, severitate qua possumus abscidamus. Unde hortor dilectionem vestram, obtestor et moneo, ut qua debetis et potestis sollicitudine vigiletis ad investigandos eos, necubi occultandi se repperiant facultatem. Ut enim habebit a Deo digne remunerationis praemium, qui diligentius, quod ad salutem commissae sibi plebis proficiat, fuerit exsequutus—ita ante tribunal Domini de reatu negligentie se non poterit excusare, quicumque plebem suam, contra sacrilegae persuasionis auctores, noluerit custodire. 60
65

Data III. Kl. Feb. Theodosio VIII et Albino vv. cc. cons.

59 moneo] moneor before correction 61 remunerationis] erroneously, remunerationis 66 cons] erroneously, conf.

36 quibus: cui H with W411 (?) 36–37 temptat evellere: Ps. Isidore: temptavit avellere H, but tavita vellere W411 (evellere is also the reading of the Collectio Corbeiensis) 38–66 Hos ... cons: The latter half of Leo I, J3 908, joined to the first half of Flavianus to Leo I (Nulla res diaboli), by a binding error in the archetype of the Hispana Gallica. 38 Hos enim: Ps. Isidore: an interpolation to bridge the gap between the two decretal fragments. 39 praedicatoribus: praedicationibus H 40 conscriptione: subscriptione H 43 sublevare: subvenire H 56 inveniri: invenire H 61 digne: Ps. Isidore, contamination from D (?): diligens H (ed. Gonz.) 63 se: Ps. Isidore, contamination from D (?): suae H (ed. Gonz.) excusare: Ps. Isidore, contamination from D (?): excusari H (ed. Gonz.) 66 VIII: XVIII H